

Alte Drucke

**THESES PHILOSOPHICAE: || Quarum defensionem, || DEO
AVXILIANTE, || PRAESIDE VERO || CLARISSIMO ET
EXCELLEN-||TISSIMO PHILOSOPHO Dn. M. RO-||DOLPHO ...**

Goclenius, Rudolph

Marpurgi, 1590

VD16 ZV 30731

THESES PHYSICAE DE MONSTRIS

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148781



THESES PHYSICAE

DE MONSTRIS:



onstrum, voce specialiter accepta est natura naturalisve speciei in plantis & animalibus labes seu quasi prævaricatio, & exorbitatio singularis scilicet in aliquo individuo notabilis.

2. De hoc quæritur ab Aristotele: an naturæ opus sit: & an natura hoc agat, ut monstra producat.
3. Ad hujus quæstionis explicationem adhibet Aristoteles axiomata ex hypothesi. 1. Natura agit ad certum finem & boni gratia. 2. Natura aut semper aut *ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ*, id est, plerumq; finem suum consequitur.
4. Conservatio enim (ut *ὑποδείξεις* strictim declaremus) formarum & ordinis in procreatione, quæ semper aut saltem maxima ex parte præstatur, nimirum ut ex homine homo, non canis: ex tritico triticum, non olea nascatur, hæc igitur conservatio *λόγῳ*, id est, certa ratione fit, non temerè.
5. Particulam *semper* corrigit Aristoteles: particula *plerumq;*, quod natura interdum aberrat, in aliquibus paucis scilicet individuis & rarò: sicut & artifices nonnunquam aberrant, ut Medici & Oratores.
6. Regula autem non evertitur raris paucisque exemplis.
7. Hæc fundamenta ponens Aristoteles monstra ea, quæ præter communem & usitatum naturæ cursum

A 2

fiunt,

fiunt, ἀμαρτήματα naturæ esse pronunciat, id est, aberrationes à fine ad quem illa tendit.

8. Atq; causam quidem παραβάσεως, id est, deviationis, seu aberrationis quærit in materia elementari cui ingeneratam iudicat esse στένωση privationem, in qua casus & fortuna misceant cætera, quæ universæ naturæ captum non excedant.

9. Ita igitur Aristoteli natura non agit hoc fine ut producat monstra, sed monstra sunt ei naturæ errata impeditæ à materia (peccante in quantitate vel qualitate) & fluxu huius ruente temerè, id est, natura producit monstra per accidens.

10. Ad materiam referenda est seminum confusio, cuiusmodi est animantium diversi generis in Africa, unde fiunt ibi σύμμικτα, id est, species commixtæ, item impedita & quasi conturbata virtus ea quæ dicitur πυκνὴ & διαπλαστικὴ.

11. His causis adde terrorem oblatum gravidis à re certa, & cupiditas quæ his accidit quando laborant pica morbo illo.

12. De cæteris autem quæ contra universam naturam fiunt, id est, naturaliter fieri & nasci non possunt, non quærit Aristoteles, sed supra humanum captum esse iudicat.

13. Hæc Aristotelica ex sacris literis plenius ita docentur. Natura neq; eò tendit, præsertim cùm incipit operari, ut producat monstra, quæ neq; ita condita est ut labatur aut aberret à fine ad quem est condita, sed monstrorum & prodigiorum causæ sunt tres: 1. Est ipsius naturæ debilitas quæ contracta est per peccatum
gene-

generis humani, cōcurrentibus coelestibus etiam causis interdum cum materialibus. 2. Est Dei & bonorum angelorum potentia. 3. Malorum etiam angelorum virtus.

14. Sicut autem ex naturæ debilitate sola monstri foetus existere possunt: sic in divinis & diabolicis monstris solet naturæ seu causarum naturalium ministerium assumi. Itaq; monstra fieri casu simpliciter dictu fas non est.

ETHICAE.

De amicitia.

1. Amicitia est εὐνοία ἐν ἀντιπεπονησὶ μὴ λανθάνουσα, hoc est, benevolentia non latens in mutua affectione consistēs.
2. Intellige de amicitia magis propriè ita dicta, non verò generaliter pro amore & concordia quavis.
3. Dividitur hæc ab Aristotele in amicitiam per se seu perfectam, & accidentalem seu imperfectam.
4. Illa honesta dicitur, quia suscipitur propter virtutem.
5. Actam stabilis & firma est ejus possessio, ut re nulla alia præterquam morte (cæteris paribus) dirimatur.
6. Per accidens amicitia utilis vel jucunda dicitur, fitq; respectu alterius scilicet ætatis vel morum exteriorum, & nihil constantiæ firmitatisq; habens ob res levissimas quasq; dissolvitur, florereq; consuevit dum olla fervet, ut dicitur græcorum proverbio, ζείχεται ἢ φιλῶ. De talibus amicis intellige versus Nasonis, in lib. Trist.

Donec eris felix multos numerabis amicos,

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

A 3

Et

Et hunc Poëta recentioris: Fortuna mutante vices
mutantur amici.

DIALECTICAE.

1. AEquivoca sunt quorum nomen tantum commune est: quæ verò juxta illud nomen est essentia definitio, est diversa.
2. Et si autem homonymia & amphibolia interdum confundantur, tamen propriè illa est in una voce, hæc verò in oratione.
3. Exemplum æquivocationis est in hoc disticho:
*Quis neget Aenea magna de stirpe Neronem,
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.*
4. Amphibolia exemplum est in illo responso Diaboli: Ibis redibis non eris captivus. Et in hoc versiculo:
Exiguum leporem vidi jugulare molossos.

RHETORICAE.

1. Apostrophe averſio est quando Oratio ad aliam personam convertitur quàm instituta oratio requirit.
2. Hæc definitio omnia specialia exempla amplectitur.
3. Nam per *aliam personam* intelligenda est tum vera persona vel quasi.
4. Vera persona est res animata: Quasi persona est res inanimis, ad quam oratio convertitur tanquam ad personam.

ARITHMETICA.

Neq; circulus neq; unitas multiplicat neq; dividit.
ASTRO.

ASTRONOMICAÆ.

1. $\Phi\omega\sigma\eta\rho\epsilon\varsigma$ seu luminaria duo sunt, Sol & Luna.
2. Sol est majus cœli lumen, cujus motu efficiuntur dies & quatuor horæ anni.
3. $\Pi\alpha\delta\delta\theta$ quodam modo ejus est Eclipsis, quæ est aversio radiorum solarium à terra ob interpositionem Lunæ inter Solem & nostrum aspectum.
4. Luna est minus lumen cœli, cujus motu efficiuntur menses.
5. Præcipuum ejus $\pi\alpha\delta\delta\theta$ est Eclipsis, quæ est privatio luminis Solaris in Luna ob interpositionem terræ inter Solem & Lunam,
6. Utrobique autem interpositio ex diametro facta intelligatur.

GEOMETRICA.

Punctum est prorsus $\alpha\delta\iota\alpha\iota\epsilon\tau\omicron\gamma$. Estq; magnitudinis, vel si mavis lineæ extremum, hoc est, non tantum principium sed & finis.

COSMOGRAPHICAÆ.

1. Astronomus puncti appellatione abutitur pro eo quod nullam habet magnitudinem sensui expositam sive simpliciter sive comparatè.
2. Nam terrenum globum dicit $\sigma\tau\gamma\mu\lambda\omega$, quod ejus $\mu\epsilon\gamma\epsilon\delta\theta$ ad cœlum collatum sensile non sit.

HISTORICAÆ.

1. Socrates ut modeste ita verè dixit ac rectè: Hoc tantum scio quod nihil scio.

Nec

2. Nec obstat quòd idem Socràtes Apollinis oraculo
judicatus sit omnium sapientissimus.

GRAMMATICA.

Ineptum est quod quidam vult conjugandum esse
amantote tantum ut sciatur non ut usurpetur.

Quid me scire juvat si non conceditur usus?

F I N I S.



HISTORICAE.

Socràtes in modis ut res dicitur: Hoc
Nec